

Matrimonii valor moralis apud PP. DTC 9<sup>2</sup> 2098ss  
Comparantur secundae nuptiae et viduitas.

b Patres latini

Pastor hermae: bene exponit doctrinam Pauli

Tertullianus: factus montanista dicit de Herma "qui moechos amat"

Ambrosius: non amat secundas nuptias; proponit viduis exemplum turturis; "optat Paulus in mulieribus quod in turturibus perseverat"; elogia facit viduitatis propter Dei servitium, in opere De Viduis; quae tamen "pro consilio dicimus, non pro praecepto imperamus" "non prohibemus secundas nuptias sed non suademus.. Plus dico non prohibemus secundas nuptias sed non probamus saepe repetitas; neque enim expedit quidquid licet PL 16 254

Hieronymus: "Verum fac ut concesserit Paulus secunda matrimonia; eadem lege et tertia concedit, et quarta, et quotiescumque vir moritur. Non damno digamos, immo nec trigamos et, si dici potest octagamos; plus aliquid inferam, etiam scortatorem recipio paenitentem." PL 23 234 Cp epist 48, 22 499

"Duae sunt Apostoli voluntates.. una qua praecipit.. altera qua indulget.. Primum quid velit deinde quid cogatur velle demonstrat. Vult nos permanere post nuptias sicut seipsum.. Sin autem viderit nos velle quod ipse vult, incontinentiae nostrae tribuit indulgentiam. Quam e duabus eligimus voluntatem? quod magis vult et quod per se bonum est? an quod mali comparatione fit levius et quodam modo nec bonum est quia praefertur malo? Ergo si eligimus quod Apostolus non vult sed velle compellitur.. non Apostoli sed nostram facimus voluntatem Epist 123, 7 PL 22 1050

Augustinus: exacte procedit; quod autem dico univerae viduae, hoc dico omni viduae: Beatior eris si sic permanseris 40 440

Matrimonii valor moralis apud PP. DTC 9<sup>o</sup> 2093 ss. xxix  
Comparantur virginitas et matrimonium. c in ecclesia latina.

S. Augustinus: quae patres anteriores elaboraverunt, in unitatem redegit Augustinus in variis operibus: De continentia, De bono coniugali, ~~de virginitate~~ De sancta virginitate, De bono viduitatis De nuptiis et concupiscentia

Cognoscit haereses Manichaei et Tatiani; cognoscit Hieronymum excessivo suo impetu contra Jovinianum in suspicionem venisse.

Matrimonium bonum est: a Deo institutum et benedictum, a Xto elevatum in symbolum unionis Xti cum ecclesia; maxima laus virginitatis est quod coniugio anteponenda est.

Matrimonium bonum est tripliciter: propter prolem, propter fidem (contra adulterium), propter sacramentum (indissolubilitatem). De bono coniugali 32 PL 40 394

Circa ipsum actum conjugalem eiusque moralitatem disseruit Augustinus, fere solus inter patres; caeteri enim brevius locuti sunt.

(Crescite et multiplicamini: ergo copula est medium necessarium; Hieronymus severus quatenus arcet a communione per triduum, non tamen quia copula culpabilis sed quia orationi obstaculum est.

Omnes pp supponunt finem esse procreationem prolis et propter hunc finem coniuges copulasse; immo cum ipsi auctores pagani conarentur ad finem dirigere mentes sequacium, quanto magis christiani explicite et formaliter intentionem finis docebant. Ita Justinus asserit si xiani matrimonium ineunt, ideo hoc faciunt ut liberos suscipiant. Attamen Tertullianus matrimonium tamquam refugium animarum debilium considerat et concessionem huic debilitati considerat. Similiter Joannes Chrysostomus habet tamquam finem principalem in natura lapsa remedium honestum concupiscentiae. At quid de motivis mixtis?

Augustinus: nuptiae per se sunt bonae, at post peccatum Adae concupiscentia facta est exorbitans ideoque mala. Non datur copula quin adsit concupiscentia, et ideo homines quod malum et disordinatum est occultant, quod bonum est faciunt

\*Sed licet esse "minus malum" - fornicatio est minus malum quam adulterium, adulterium minus quam incestus, incestus minus quam peccata contra naturam - matrimonium non esset bonum si ita minus malum q. fornicatio

Augustinus (sequitur)

3 Per se nuptiae sunt bonae; per accidens adest in homine lapsio concupiscentia<sup>x</sup> exorbitans; sine tali malo copula non fit; at copula non est ideo mala. Scilicet matrimonium vertit malum concupiscentiae in bonum nuptiarum.

Ita cont Jul 3 53 PL 44 73o

"ita nuptiae sinuntur exercere quod licet, ut non negligent occultare quod dedecet" De pecc orig 44 406

A Distinguit inter fines et media: sapientia, salus corporalis et talia sunt fines; studium, cibus, somnus sunt media. Inter media est concubitus. Mediorum moralitas mensuratur a fine propter quem usurpantur. De bon coniugali 40 380

Unde qui matrimonio utitur ut filios habeat, nullo modo peccat neque mortaliter neque venialiter. Qui vero matrimonio utitur ultra quod requiritur ad conceptionem filiorum, venialiter peccat: hoc ab apostolo "secundum veniam" conceditur

"Concubitus necessarius causa tenerandi inculpabilis et hic solus nuptialis est. Ille autem qui ultra istam necessitatem progreditur iam non rationi sed libidini obsequitur" col 381

"Decus ergo conjugale est castitas procreandi et reddendi carnalis debiti fides; hoc est opus nuptiarum, hoc ab omni crimine defendit apostolus.. Exigendi autem debiti ab alterutro sexu immoderatio progressio.. conjugibus secundum veniam conceditur n 12 col 382 CSEL 41 203,4

Circa istam veniam: aliud est indulgere coniugi ne damnabiliter fornicando peccet; aliud si uterque coniux concupiscentia subactus; quo in casu etiam datur venia ab apostolo "etsi rem faciunt non plane nuptiarum"; debent tamen magis diligere honestum quam inhonestum, debent continentia interdum uti ut orationibus vacent, debent sequi usum naturalem

De possibilitate rectae intentionis, nulla illusio CSEL 40 208

Quod ergo praecipiant conjugatis apostoli, hoc est nuptiarum; quod autem venialiter concedunt aut quod impedit orationes, non cogunt nuptiae sed ferunt CSEL 40 208 De bono coniug 15

At quid si omnes virginitatis laude permoti fierent continentes Periret genus humanum. Respondet: periculum remotissimum videtur praeterea, pereat, tanto enim citius adveniret regnum coelorum. Et citat Paulum CSEL 40 201 n 10

Et concludit "Soli si qui continentiam non possunt servare, melius debent"

x De nuptiis et concupiscentia - Probat concupiscentiam esse malum 1<sup>o</sup> ex eo quod propter peccatum 2<sup>o</sup> ex eo quod libido recusat rationem non obtemperat - Unde homo conjugatus facit bonum sicut homo claudens - concupiscentia est claudens quodam vitium actum bonum - Obici potest - concupiscentia propter praeter naturam

De natura et fine matrimonii.

6. De bonis matrimonium ecohonestantibus seu excusantibus.

*anno 401 contra Hieronymum et Iovinianum*

Augustinus: De bono conjugali, citatur CSEL 41 scdm paginam et §

- 1 Matrimonium est bonum non tantum minus malum, 198§8
- 2 Bonum est quia indissolubile et quia Dominus venit Canam invitatus
  - a' non propter solam filiorum ~~procreandorum~~ procreationem
  - b' sed propter ipsam etiam naturalem in diverso sexu societatem  
"viget ordo caritatis inter maritum et ~~feminam~~ et uxorem qui quanto meliores sunt, tanto maturiores a conmixtione carnis suae pari consensu se continere coeperunt"
  - c' etiam quia libidinem refrenat et educat et temperat  
"cum in eo quod sibi vir et mulier adhaerescunt, pater et mater esse meditantur"
  - d' praeterea etiamsi intemperantior et incontinentior est debiti expetitio, tamen debitum est, ius est et scdm Apostolum potestas.  
ita pp 190§3 - 191§4
  - e' immo caritatis est debitum reddere ut evitetur fornicatio lege p 195 §6
  - f' bonum sacramenti: lege p 196 197 §7; 226 227 §32
- 3 De excusatione actus conjugalis.
  - a' De peccato nullo, veniali, mortali: p 195 lin 19 §6, lin 25 §6
  - b' De ratione data: finis et medium, p 199 §9

De profundiori radice excusationis *contra pelagianos anno 418/20*  
apud "De nuptiis et concupiscentia", CSEL 42 citatur ut supra  
213§3 pudicitia conjugalis est donum Dei  
215§5 lin 1-4 bonum naturale nuptiarum  
lin 19 quod in finem supernaturalem vertendum est  
216§6 lin 18-217.4 vituperatio libidinis non vituperatio nuptiarum  
218§7 lin 13-fin concupiscentia est inordinatio  
219§8 lin 17-fin quia nuptiae bonae, non ideo concupisc bona  
220§9 lin 9-26, 221 lin 3-11 concupiscentia est morbus, non  
inflammandus sed necessitate prolis tolerandus  
225§13 lin 25-226.18 Xtus Ds non ex concupiscentia, quae regnat  
in adult etc, servit ubi sola gignendi necessitas  
239§27 lin 12ss de traductione peccati originalis  
227 §15 lin 5-229.23 ideale et tolerantia circa matrimonium  
231§19 lin 13-14, lin 25-232.3 idem  
222§11 bonum sacramenti

Ut rursus matrimonium indiget excusatione.

Rom 7,14 - 8,1

Ex quibus clare constat concupiscentiam esse malum, in renatis autem non malum culpae; ~~sed malum~~ ergo malum imperfectionis et quidem, propter lapsum, malum poenae.

Tridentinum DB 792

Doctrina S. Augustini

De nuptiis et concupiscentia

De bono coniugali

Quodnam est malum concupiscentiae?

Animia carnis intensitas, vel spiritus debilitas; an spiritus debilis per se, seu scdm mensuram naturae humanae, an debilis per accidens, scdm mensuram finis supernaturalis?

Constat istam carnis intensitatem, ~~minus~~ rationi oblectantem, in virtuosus minuere, in vitiosis crescere, neque independentem esse a conditionibus vitae et effectibus haereditatis biologicae

Vide tur dicendum quod cum homo peccato lapsus intellectum potentialem accepit, tunc ne natura deficeret in necessariis, ipsa natura dominium reproductionis acquisivit; homo lapsus ab homine in puris naturalibus tamquam spoliatus a nudo differt

Quaenam est regula practica?

Ut serviat libido, non ut regnet et imperet?

Ergo non propter se est quaerenda, propter solam voluptatem sed propter aliud; nisi enim aliud adest cui serviat, nulla est subordinatio

An illud aliud est sola prolis procreatio?

Catechismus concilii Tridentini

Pars II cap VIII q 23 p 213 ed Romae 1858

ibid q 15, 17, 24, 26, 27

Casti connubii

AAS 22(1930) 547-549 DB2232

De Matrimonio apud Patres. DTC 9, 2077 ff.

Ante Augustinum et Post eundem: A et B.

A. In genere idem dicunt quod evangelia; tribus sub aspectibus eorum doctrina postulat inquisitionem

a) de valore morali matrimonii

eg matrimonium vs virginitatem

nuptiae secundae vs viduitatem

Rigoristae: encratistae, gnostici, montanistae, novatiani, ascetici, priscillianistae

Laxistae: tres adversarii S Hieronymi

Contra quos doctrina ecclesiae et patrum.

b) de ratione sacramenti

c) de legislatione ecclesiastica

B. Patres post-augustiniani.

De Matrimonio apud Patres.

Generalia quaedam DPC 9<sup>2</sup> 2113 ss

- 1) Non tractant de iure naturali sed de matrimonio xtiano  
Nominant matrimonia pagana, interdum ut aliquid bonum laudent, saepissime ut vitia vituperent. At non quaerunt utrum haec coniugia paganorum sint vera matrimonia; de contractu, de consensu, de conditionibus requisitis, de valore matrimonii scdm legem naturalem non tractant. Toti sunt in exponendo quemadmodum matrimonium a Deo institutum et sanctificatum fuerit a Christo D et ab ecclesia restitutum et abundantius sanctificatum.
- 2) Ipsium matrimonium xtianum non theoretice sed practice  
Instruunt fideles iis veritatibus quae utiles sunt ad actiones dirigendas et confirmandas: laudant virginitatem at, occasione erroris, insistunt in valore matrimonii; quippe quod a Deo institutum, a Xto sanctificatum, ab ecclesia benedictum, aliud quam bonum et honestum esse non possit.  
Propter errores paganorum insistunt in unitate et indissolubilitate matrimonii xtiani.  
Ne leges videantur duriores, exemplum continuo proponunt matrimonii mystici inter Xtum et ecclesiam; qui pertinent ad sponsam immaculatam Xti non debent sicut pagani in vitia ruere; praeterea indicant gratias xtiano matrimonio annexas: ipse Deus custos fidelitatis sicut testis promissionis; Jesus vitae familiari intererit sicut et nuptiis Canae, benedicens per bonitatem suam, protegens per praesentiam.
- 3) Sacramentum matrimonii non theoretice sed practice tractant  
Docent gratiam adesse coniugibus at seculativum punctum, adesse virtute ipsius coniugii, non docent.  
Docent sacerdotem debere nuptias benedicere, hanc benedictionem esse ex parte ecclesiae id quod fuit praesentia DNIC nuptiis Canae, sacerdotem repraesentare ecclesiam et Xtum benedicendo nuptias. Non docent quid praecise facit sacerdos, utrum minister sacramenti.

Unde deest integratio speculativa; sed adest doctrina integranda, scilicet, institutio divina, sanctificatio a Xto, benedictio ab ecclesia, gratiarum promissio ut instar unionis Xtum inter et ecclesiam sancte vivant et sancte proliferantur.

Matrimonii apud patres DTC 9 2078

Error encratistarum (egkráteia) Vide DTC 5, col 4 ff.  
hoc commune habent encratistae quod matrimonia damnant.  
Non erat haeresis in societatem religiosam separatam  
constituta sed potius tendentia quaedam practica rigorismi  
exaggerati.

Reprobatur a S. Paulo Col 2, 21; 1 Tim 4, 3.

Invenitur

apud apocrypha acta Pauli; scdm Tertullianum (de Bapt 17,  
PL 1 1219) auctor sacerdos erat damnatus ab ecclesia;  
mutat consilia evangelica in praecepta; docet puritatem  
corporalem esse conditionem resurrectionis corporis  
etiam et fortius invenitur apud alia apocrypha; acta  
Petri, Andreae, et speciatim Thomae et Joannis.

Falso ascribitur encratismus

Pastori Hermae, vide Mand 1, 2; 4, 1; 4, 4 (R 88)

Invenitur

apud epistolam dictam Iam Clementis, quae videtur velle  
ut vir et femina sint tamquam frater et soror (saltem  
cogitatione)

Dehinc purus encratismus haud invenitur; semper enim cum  
haeresi aliqua alia se conjungit ex qua cuius principis  
fundamentum proprium jacet



Matrimonii apud Patres. DTC 9, 2079

Gnostici

Sive gnostici ad conclusionem logicam eorum doctrinae matrimonia damnaverunt quia materialia respiciunt, materia autem mali principium est; sive encratici fundamentum quaerentes ad gnosticisum sese contulerunt, ignotum est

Basilides

repudiavit matrimonia nisi tanquam minus malum et remedium concupiscentiae seu remedium contra tentationes

Vide Clem Alex Stromata 3, 1; PG 8: 1099-1102

Cum remedium contra tentationes ex omni indulgentia etiam extra matrimonium habetur, factum est ut PP accusaverunt gnosticisum de immoralitate; id quod potius sectatores quam doctores gnosticos attingere videtur

Vide Irenaeus Adv Haer 1, 24, 5 PG 7, 678

Epiphanius Haeres 24, 3 PG 41, 312 313

Hieronymus Adv Jovin 2, 37 PL 23 335

Marcion

Continentia est consequentia doctrinae gnosticæ

Vide Tert, adv Marcionem, 1, 29 PL 2, 280; 4, 11 PL 2X 382  
4, 34 PL 2 442

Appelles, gnosticus, inimicus nuptiarum, Tert PL 2 46

Tatianus

Post martyrium magistri Justinus dicitur se ad gnosticisum transisse, et ab Irenaeo reprobatur (Adv Haer 1 28 1 PG 7 690 691) quippe qui nuptias corruptionem nominavit.

Hieronymus vocat Tatianum "principem encratistarum"

Adv Jovin 1, 3 PL 23 213

Julius Cassianus

apud Hieronymum, PL 26, 431, qui argumentavit "si quis seminat in carne, de carne metet corruptionem" ex epistola ad Galatas

De Matrimonio temp Patrum, DTC 9, 2080 ff

Montanistae. i.e., Tertullianus

A. d'Alès, La théologie de Tertullien, Paris 1905  
ante Montanismum, pp 370 - 377 293-5  
post Montanismum, pp 460 - 474

Ad uxorem 2, 9 PL 1, 1302-4 cp 1277 1278

Laudat matrimonii felicitatem: vitam humanam beatam, benedictionem divinam, unionem cum Xto, approbationem ecclesiae

Tamen ita laudat virginitatem ut matrimonium parvi facere videtur; matrimonium tantummodo permissum ab apostolo ad Uxorem 1, 3; 1, 6 PL 1, 1278; 1283

Quanto magis laudat viduitatem tamquam virginitati fere aequivalentem; unde "Ad uxorem" scribit suadendo ut post mortem suam vidua maneret; 1, 4 col 1280; 1, 5 col 1282; 1, 7 col 1285

Qua in doctrina levis quaedam mutatio est facta post montanismum amplexum:

Montanistae enim non ex idea metaphysica quae materiam et carnem reprobant sed ex rigorosiori quodam ascetismo tamquam pneumatici et Spiritu acti et finem mundi imminetentem expectantes, consilia paulina in praecepta verterunt, matrimonia solverunt, continentiam et spiritualem pauperbtem amplexi sunt

Adv Marcionem

1, 29 PL 2 280 Praeferimus virginitatem matrimonio "non ut malo bonum sed ut bono melius. Non enim proicimus sed deponimus nuptias; nec praescribimus sed suademus sanctitatem

De monogamia (certo de temp montanistico)

mediam viam inter psychicos et haereticos invenit, nempe accipere matrimonia sed reprobari secundas nuptias

"unum matrimonium novimus sicut unum Deum" PL 2 930-1

De Exhortatione castitatis

quod videri potest in "de monogamia" clare dicitur: secundae nuptiae sunt species stupri; datur differentia inter secundas nuptias et stuprum, quae tamen est gradu et non essentia PL 2 924; ibid 925

immo et primae nuptiae haud differunt a stupro; at permittuntur "non voluntate sed necessitate permittens.. invitatus indulgit" PL 2 932

De Matrimon temp Patrum DTC 9 2083 ff

De montanismo continuatur

Ex permissione S Pauli matrimonium non est crimen sed  
est macula De Pudicitia 16 PL 2 1012

Nihil rumpit vinculum matrimoniale, ne mors quidem  
De Monogamia 9 PL 2 941

Quae indissolubilitas pertinet tantummodo ad matrimonia  
christiana; si matrimonium solvitur ante baptismum,  
neophyta liber est ad novas nuptias.

Novatiani

rigoristae erant praesertim contra absolutionem lapsorum  
tempore persecutionis

pariter videntur secundas nuptias damnasse

Epiphanius, Haeres 59 3 OG 41 1021 1022

Socrates, H. E. 5 22 PG 67 641

Conc Nic canonibus contra novatianos

Mansi concilia 2 671 672

Hefele Leclercq Hist des conc 1 577-587

v) Ascetici

saec III, anachoretismus in deserto floruit (Aegypto Palestina)  
pii homines se crediderunt in in via ardua ad salutem; omnes  
vero qui matrimonio coniuncti vixerunt, in via lata ad perdit

Ita Eustathius Sebastiensis

Concilium Gangrense canon 1 9 10 14 (Mansi 2 1098-1102)

damnat quia matrimonia reprobant, et sp̄m salutis coniugibus  
auferunt

Ita antea Hieracas de Leontopolis reiecit usum matrimonii et  
esum carnis; haec quidem VT permissa, NT ablata sunt; secus  
NT non perfectius Vetere.

f) Priscillianistae

Quidquid sit de ipso Priscilliano (persona ignota aenigmatica)  
Tolosanum anno 447 concilium, can 16, Mansi 3 1004

Si quis dixerit vel crediderit coniugia hominum, quae scdm  
legem divinam licita habentur, execrabilia esse anathema sit

De Matrimonio apud PP. DTC 9<sup>a</sup>

Laxistae contra quos Hieronymus modo exaggerato procedit.

Helvidius docuit BVMariam post partum DNIC alios filios /dum peperisse; praeterea matrimonium virginitati esse anteponen-  
Hieronymus, De perpetua virginitate beatae Mariae adversus Helvidium, circa 380, PL 23, circa p 200

Demonstrat non alios filios peperisse Mariam; laudat virginitatem matri onio excellentiorem; negat virginitatis esse culpam si simulcator virginitatis in crimine est

#### Jovinianus

antea Monachus optimi meriti, postea in vitam voluptatis docuit eiusdem esse meriti (ceteris paribus) et virgines et viduas et uxores

adhibet rationes: DNIC interfuit nuptiis Cana; Paulus saepe matrimonium laudat, neque praeceptum a Domino accipit circa virginitatem; ipsa natura docet speciem esse multiplicandam; antiqui patriarchae matrimonio sanctificati sunt.

Hieronymus respondit "Adversus Jovinianum" circa 392, PL 23 c 214

Siricius Papa damnat, anno 389, PL 13 1168

Ambrosius laudat Siricium, Epist 42 PL 16 1124

Ambrosius condemnat sectatores Joviniani, PL 1189

#### Vigilantius

continentiam dicit haeresin, pudicitiam libidinis seminarium PL 23 339

Hoc docuit Dormitantius, libidini frena permittens, et naturalem carnis ardorem qui in adolescentia plerumque fervescit suis hortatibus duplicans, immo extinguens coltu feminarum ut nihil sit quo distemus a porcis 23 341  
Forte exaggeravit errores Vigilantii

Matrimonium. Doctrina PP de valore morali matrimonii.  
DTC 92 2087ff

Doctrina ecclesiae

- a Distinctio inter praeccepta et consilia; virginitas et viduitas consuluntur, non praecipiantur; altiora et perfectiora sunt, at matrimonium non ideo malum moraliter
- b Comparatio fit non inter virgines et coniuges, sed inter statum virginitatis et statum matrimonialem; nemo patrum diceret virginem frivolam matrifamilias anteponendam

Comparantur matrimonium et virginitas 2087

a Patres saeculi II 2088

- Pastor Hermæ: castitatem serva; ne cogites quidem de muliere alia quam uxore; recipe uxorem paenitentem
- Ignatius Antiochenus: si fidelis continentiam servare velit, sine superbia faciat; si superbus fit, perditum fit
- Epistola ad Diognetum: xiani matrimonia ineunt et pueros generant sicut et ceteri omnes
- S Justinus: matrimonium inimus tantummodo ut pueros habeamus; secus continentiam perpetuam servamus
- Dionysius Corinthi: ne omnibus pariter jugum continentiae imponatur
- Minucius Felix: "unius matrimonii vinculo libenter inhaeremus .. tantum denique abest ut incesti cupido ut nonnullis rubori sit etiam pudica coniunctio"

b In ecclesia greca 2088

- Clemens Alexandrinus: libertas nobis est sive matrimonium ineundi sive continentiam servandi; ~~altiorum continentiam~~ ~~matrimonium~~ ~~neque~~ ~~pariter~~ ~~invenit~~ ~~neque~~ ~~gratia~~ ~~et~~ ~~continentiam~~
- Deus adest tum coniugibus tum virginibus; neque Jesus neque Paulus matrimonia damnaverunt
- S Athanasius: laudat matrimonium; tamquam altiorem viam laudat virginitatem; non culpandus qui matrimonium eligit etsi minores gratias mereatur
- S Basilius vel pseudo-Basilus (Liber de vera virginis integritate): exponit munimenta castitatis pro virginibus; affirmat matrimonium legitimum et honestum, modo non voluptatis sed prolis procreandae causa ineatur.
- S Cyillus Hierosolymitanus: laudat virginitatem; affirmat viam matrimonii minus perfectam at minime culpandam
- Gregorius Nyssenus: laudes virginitatis non debent intelligi tamquam disapprobationem matrimonii; ipsum matrimonium fuit a Deo benedictum

Matrimonii valor moralis apud PP. DTC 9<sup>2</sup> 2089ss

Comparantur virginitas et matrimonium b PP graeci.

S Ioannes Chrysostomus:

le

Moulard, S aint Jean Chrysostome, /defne seur du mariage et  
l'apotre de la virginité, Paris 1923

- a' Matrimonium non est salutis impedimentum; secus non fuisset a Deo benedictum; neque per se ipsum impedit exercitium bonae vitae et praxin obligationum religiosarum
- b' Deus matrimonium condidit propter prolis procreationem et educationem; at post peccatum originale de facto finis primarius matrimonii est ut sit remedium concupiscentiae Notio haec est peculiaris Joanni Chrysostomo; facit ut ~~mixta~~ minus aetimet matrimonium, tamquam refugium quoddam quo congregantur omnes qui minori virtute ornantur Fundatur in S Paulo: melius nubere quam uri
- c' Matrimonium a Deo conditum a Xto adeo non abolitum ut ipse id honorarit et sanctificarit Canae; S Paulus quamvis virginitatem laudet, numquam matrimonia culpavit
- d' At matrimonium non est status perfectus; longe antecellit virginitas, status animarum qui angelis similes servitio divino dedicantur

c In ecclesia latina.

S Cyprianus: elogia virginitatis cumulat; purissimam gloriam ecclesiae nominat; "nec hoc jubet Dominus sed hortatur; nec iugum necessarium imponit quando maneat voluntatis liberum arbitrium. Sed cum habitationes multas apud Patrem dicat, melioris habitaculi hospitia demonstrat. PL 4 463

S. Ambrosius: reprehensus a G Boisier (La fin du paganisme 2 364-365) tamquam contemptor matrimonii; perperam; etsi enim laudibus virginitatem cumulat, tamen doctrinam ecclesiae bene proponit

1 Ecclesia non tantum continentibus sed etiam coniugibus; triplex est castitas, conjugalis, viduitatis, virginitatis

2 Matrimonium non est malum; si hortatur fideles ne matrimonia ineant, non quasi matrimonium malum sed quia onerosum et pietati obstaculum

3 Non ita laudanda est virginitas ut coniugium cuppetur; "non enim imperari potest virginitas sed optari"

4 "coniugii praemium et gloria nuptiarum est partus feminarum" ideo matrimonium inivit BVM

Matrimonii valor moralis apud PP DTC 9<sup>2</sup> 2091ss

Comparantur virginitas et matrimonium; c in eccl latina

S. Hieronymus: apostolus virginitatis atque defensor ita exaggerate loquitur contra adversarios ut interpretatio numerari possit; tamen contra talem interpretationem se defendit.

"Nuptiae terram replent, virginitas paradysum" 23 235

Joannes apostolus "virgo remansit et ideo plus amatur a Domino" col 246 "aliud est velle quid apostolum, aliud est ignoscere" "nos qui corpora nostra exhibere debemus hostiam vivam, sanctam, placentem Deo.. non quid concedat Deus sed quid velit consideremus" col 262,3

Supra illud "bonum est homini si mulierem non tangat" dicit "malum est ergo tangere; nihil enim bono contrarium est nisi malum" col 218

Supra illud "melius est nubere quam uri" dicit "melius est perdere unum oculum et in coelum intrare quam duos retinere et in gehennam detrudi" et "si per se nuptiae sunt bonae, noli eas incendio comparare, sed dic simpliciter, bonum est nubere. Suspecta est tibi bonitas illius rei quam magnitudo alterius mali malum esse cogit inferius. Ego autem non levius malum sed simplex per se bonum volo col 222,3

Quomodo nuptiae bonae esse possint? ab oratione arcent; sanctitatem non permittunt, nam si sancti sunt coniuges, sancti sunt quia in coniugio virginitatem imitantur; ideo sacerdotes quia sancti esse debent matrimonium inire non licet

Tamen "Neque nos marcionis et Manichaei dogma sectantes, nuptiis detrahimus; nec Tatiani, principis encratistarum errore decepti, omnem coitum spurcum putamus.. Scimus in domo magna non solum vasa esse aurea et argentea sed et lignea et fictilia.. Non ignoramus honorabiles nuptias et torum immaculatum col 213 Nunc autem cum haereticorum sit condemnare coniugia... Ecclesia matrimonia non damnat sed subiicit, non abiecit sed dispensat col 270

via regia est ita appetere virginitatem ne nuptiae condemnentur 498

Igitur hac extrema voce protestor me nec dammasse nuptias nec damnare.. Virginitatem autem in coelum fero col 509



Matrimonii valor moralis apud PP. DTC 9<sup>2</sup> 2096

Comparantur secundae nuptiae et viduitas.

De hac quaestione maior est PP divisio quam de comparatione matrimonii et virginitatis: ratio forte praecipua erat ipsa matrimonii indissolubilis unitas

a Patres graeci

Athenagoras: dicit adulterium decens esse nuptias secundas euprepēs moikheia

Clemens Alexandrinus: sicut Paulus, si ueris, nube

Origines loquitur modo qui nullam interpretationem prae se fert; at haec interpretatio erronea

Concilia graeca IV saec viam mediam quaerunt: imponunt paenitentiam eis qui secunda vide matrimonium ineunt, attamen vel explicitate vel implicite docent nullam inesse culpam; id quod videtur esse vel propter convenientiam exteriorem vel propter satisfactionem rigoristarum.

Concilium nicaenum contra cathares (qui secundas nuptias damnat) inter alia postulat ut cum bigamis communicent.

S Basilius mensurat paenitentiam pro numero matrimoniorum; pro secundis nuptiis paenitentia unius anni, pro aliis longioris temporis; trigamiam considerat fornicationem moderatam (porneia kekolasmene); polygamiam (nuptias quartas) fornicatione peiorem considerat et paenitentiam inter lacrimantes et prosternentes trium annorum imponit.

Gregorius Nazianzenus: primae nuptiae, lex; secundae, tolerantia et indulgentia; tertiae, iniquitas; quartae, spurcitiae " si duo Christi, tunc sint duo mariti vel duae uxores; si unus, tunc unum matrimonium"

Epiphanius applicat doctrinam S Pauli 1 Cor 7 39; quotiescumque facta est vidua, iterum valet lex Pauli; primus inter orientales ita logice locutus est

Joannes Chysostomus: De non iterando coniugio procedit maxima suasionem ne vidua novum inerat matrimonium at minime prohibet col 2098 apud DTC; qui novas nuptias ineunt, deficient virtute si non possunt ferre iugum continentiae; deficient fidelitati erga maritum quem amaverunt et lamentati sunt; deficient sapientia cum aevumnas coniugii expertae non remanent in libertate eis a Deo restituta

Ita paucis exceptis PP graeci doctrinam ecclesiae fideliter sunt expositores

De Valore Morali Matrimonii apud Patres: DTC 9 2078 ff

Adversarii:

- a) Rigoristae: Encratistae  
Gnostici  
Montanistae  
Novatiani  
Ascetici  
Priscillianistae
- b) Laxistae: Helvidius  
Jovinianus  
Vigilantius

Doctrina Ecclesiae:

- a) Comparatio fit non inter coniuges et virgines sed inter statum connubialem et statum virginalem; nemo diceret virginem frivolem matrifamilias honestae esse anteponendam.
- b) Distinctio fit inter consilia et praecepta.  
Virginitas et viduitas non praecipiantur sed consuluntur; ita altiora atque perfectiora sunt ut ideo matrimonium non sit malum.

Patres enucleatius hanc doctrinam proposuerunt, at quaedam interdum obscurabantur.

- a) Comparatio virginitatis et matrimonii  
b) Comparatio viduitatis et matrimonii (hic maior obscuratio propter unicivitatem Xti et ecclesiae ad quarum normam matrimonium xtianum)

- a) Virginitas et Matrimonium : PP saec. II  
Clemens Alex  
Athanas  
Basilius  
Cyrillus Hierosolym  
Greg Nyss  
Ioannes Xrysostomus  
Cyprianus  
Ambrosius  
Hieronimus  
Augustinus

- b) Viduitas et 2ae nuptiae: Athenagoras  
Clem Alex  
CC graeca saec IV  
Basilius  
Nazianzenus  
Epiphanius  
Chrysostomus  
Pastor Hermas  
Ambros  
Hieronimus  
Augustinus

Uti ex a) patet, PP fideliter doctrinam xtianam exposuerunt; si qui autem rigorismo favebant circa nuptias repetitas, hoc ideo intelligitur quod difficultate speculativa oppressi vulgo loqui debebant.